

A. 4.
c. 2/3

C A R M E N

B. R. V.
1416

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
DOMINO DOMINO

IOSEPHO PUTNIK

EPISCOPO TEMESSIENSI

PLURIUM I. COMITATUUM ASSESSORI

DUM

A SUA SACRATISSIMA MAIESTATE

E

PAKRACZIENSI AD HUNC TRANSFERTUR
EPISCOPATUM

DEVOTE PER

IOANNEM CSOKERLYAN

ABSOL. THEOLOGUM SACRATUM.



B U D A E

TYPIS TYPOGR. REG. UNIVERSITATIS HUNGARICAE

1 8 2 9:


Inv. 1909

— — — O! quae fontibus integris
Gaudes! apricos necte flores;
Necte meo — — — *) Coronam.

Pimplea Dulcis! nil sine Te mei
Possunt honores! Hunc fidibus novis
Hunc Lesbio sacrare plectro
Teque, Tuasque decet sorores.

Horat. L. I. Ode XXVI.

*) PUTNIKIO.



Orba diu Pastore Mater *) curis pene pressa
Ingentes gemitus, pectore, moesta ferens.
Erige depressos; satis est, nunc erige vultus,
En spes certa redit, en TIBI certa salus.
Cum TIBI Rex magnus, tanto nam Praesulae dignae
Sponsum vicinae, nunc facit esse tuum.
Gens vetus et clara nostris Hunc protulit oris,
Quaeque suis meritis, sanguine, Toga viget.

*) Episcopatus G. n. u. R. Temessiensis.

Hoc celebri noster satus est de stemate PUTNIK,
Id tamen in laudes, vix sinit esse suas.
Nam decus et proavos, et quae non fecerit IPSE
Cum merito sua sint, non putat esse sua.
Nec titulis quidquam tribuit, nec rebus avitis,
Ni faciat vera; Nobilitate suas —
Nobilitatis honos, sola virtute probatur,
Abs hac Nobilitas: fumus inanis erit.
Virtus perpetuus TIBI Dux, ad culmen honoris,
Infula virtute, irradiata redit.

Dux TIBI continuus, quo tot praeconia famae

Attigeras: fas sit dicere plura TIBI

Scilicet excelsae mentis sapientia, flumen

Ingenii, studium, cura laboris adest.

Consilii gravitas, constans animusque, maiestas

Vultus, tum linquae gratia, frontis honor.

Praeterea, probitas morum, vigilantia, zelus,

Sunt haec naturae, insita dona suae.

Testis eris Pakratz! studio quae Praesulis huius,

Nominis, nec Patria immemor erat ERUS.

Quae ratio Cleri, qui pascit ovilia Christi,
Musarum porro quis honor, ordo? refer —
Nil agis ut lateas, TE detegit inclyta virtus,
Limite quae certo, fine modoque caret.
Ergo ades? nunc viduos tu sacra Ecclesia vultus
Exue: iam Praesul, iam tibi Sponsus adest!
Et lacrimas absterge tuas, depone dolorem,
Convenit hunc laetis vultibus ire Diem —
At nos praeterea, pro pignore vota litamus,
Salva sit in multos, ut TUA vita dies.

Vive diu felix ! TIBI stent praeconia laudes ,
Nomen, honor, Tituli, stet sine fine Decus.
Nec prius e vivis abeas, TE sospite donec
Plenus eris meritis, orbis uterque TUIS.



1811

Vive die felix ! Tunc erant pascua iuncta
Nomen honor, Tunc erant sine sine pascua
Nec prius e vivis abest, Ta scapite donec
Piscus eris meritis, orbi utique Tunc